Bibliothèque numérique

medic@

Akakia, Martin - candidat / Mustel, Vincent - président. - An omnis Cacochymia Alimenti pravi soboles ?

1569.
[Paris]
Cote : ms 72 n°59

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?ms00072_ms00080x01x0059

Quæstio Medica Cardinalitiis agitanda disputationibus In Scholis Medicorum

die Jouis 10ª Martii,

D. Vincentio Mustelfio D. Medico, Moderatore prudentissimo.

An omnis Cacochymia Alimenti praui soboles?

Humani Corporis admirabilis fabrica, ex humidi geminis, arcto nexu inseparabilis, perculatu posita, breui satisfieret, nisi mutuo reciprocatione perdenuis, quam solo animalis facultas non praestat, arteriarumque pulsus ipsis non sufficit, tum cibi potionisque: Cuius quidem alterius vero incommodaque velociora Venosi subeunt assumptus, substantia triplicis iacturam solaretur. neque, vero id auro spirare auxit, quod a pulmone haurio, et molli, unde cuilibet fluxioni opportunior, haustu aëris pars quaedam, refrigerando redditur, pars altera cordis ventriculo commista, per arterias, a quibus cor nil emendicat, per omne corpus diffunditur, ipsumque alimentum, cuius ipsius se latius patet, quod adiit, sic noxa tardior, sed periculosior sentitur, ex partium quarum se temperies diuersa, sic calor actionum opifex variis substantiam sarciet.

Id autem fieri nequit, nisi alimonia pinguitudine, dulcitudineque delibuta, calida humidaque sit, et ex omni eiusque aequabilitate constituta, solidi substantiae conuenientia, ad nutritionem sanguinem accedat. quae vero ab hac regula abest, a primisque coquitur, eo grauiores noxas corpori, ex quod non minimam efficientiam habet, impartit, praecipue si temperies insitas suffragatores habeat. tum enim sufficere, degenerique tem-peramento corpus corrumpit, humorumque qualitate peregrina molestantium multitudinem, et prauitatem, quae nihil aliud est quam Cacochymia, progignit: unde Cachexia, Cacoëthia, et his peior Atrophia.

Cacochymiae tot sunt species, quot humorum: quarum quaelibet tanto deterior, quanto maioris adustionis et mixtionis particeps. has partim ab esculentorum, poculentorumque depravatione suam progeniem repetunt: partim ab ambientis aëris alteratione, qui sua qualitate immoderatione, sic substantia et subita mutatione pertinaciter sensus, spiritus, humores, partes solidas labefacit, quibus illatis morbus nullus: partim vero quas corpus proprias capaces recipiunt, tum seri, sudoris, et pituitae diutius in vasis coctioni resistat, et propriorum cuiusque partis excrementorum, ob vero depulsione, illegitimaque retentione: partim a motu, quiete, somno, vigilia, animi pathematis, aetatum, regionum discrimine, et quae hic succenturiari debent, vitia sequitur, partim dissimili temperie, viscerum labe, cruditate.

Humoris vero potentiae Biliosi quidem, argumenta petuntur a colore flauo fusco, habitudine strigosa, pruriginosis, siue ea per insensibiliora, siue per sensibilia expulsa vias, biliosis, amarulentis, aetate iuuenili, morbi sunt, rara se tertiana, ictero, ante dictum sextuma ex febribus malo. Melancholici notae sunt, prouecta aetas, color nigricans, habitus macilentus, morbus longus, se Quartana. Pituitosi signa sunt, color albicans, venarum angustia, aetas praecipitata, et quae plus iusto ex corpus dat molles, morbi longi, se febris Quotidiana, quae sicut rarissima, ita perniciosissima. Abundantis seri iudicia sunt, lotii sputi siccitatum, corporis habitus oedematosus, morbus familiaris est ascites, hydropum perniciosissimus, hydrocele, hydrocephalus.

At autem plethoras vitia soluitio, sic Cacochymiae constituta est purgatio: quae ut feliciter instituatur, corporis et humorum praemittenda praeparatio, nisi graui loco nocet: corporis quidem se meatus accommodi pateant, quod impricimis praestat phlebotomia, quam nec cruditas prohibeat: humorum vero se duri emolliantur, crassi incidantur, lenti detergantur, biliosi tenues invassentur. deinde considerandae humorum copia, species, motus, sedes, corporis temperies, habitus, laxandi consuetudo, coeli status, et medicamentorum, cuius quantitates, et alia vero idoneorum, vota definiri non potest, totius substantiae similitudine, sine etiam vero, humorem quoniam exigat, sucum natos grauem facilius prolicet, et se ordinariae Cacochymiae omnis offeratur, vicinorum, aliarumque partium, si quae labes, doloratur: ex quo, si alimentum contrarium valde plurimum, ab aliis extrinsecis non minus subsidium expectandum.

Ergo non omnis Cacochymia Alimenti praui soboles.

Ponebat Martinus Akakia Lutetianus, Anno Domini, M. D. LXIX.

F.S.P.